



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

- S V M M A R I V M.
- 1 Tortura est Iudicii arbitraria.
 - 2 Antequam Iudex ad torturam procedat constare debet de corpore delicti, limitatur num. 3.
 - 3 Item requiritur, quod delictum sit graue, & quod pro tali delicto imponatur poena corporalis.
 - 4 Quid si imponatur poena ex communicationis, vel depositio nis.
 - 5 Ad torturam requiruntur indicia legitimè probata.
 - 6 Item procedere debet formatio Inquisitionis, litis contestatio: repetitio testium, & publicatio processus.
 - 7 Item Index dare debet terminū reo ad se defendendum cum copia indiciorum.
 - 8 Reus eo die, quo aliquid comedit, vel bibit, torqueri non debet, nisi post nouem, vel decem horas.
 - 9 Ita tortura inferenda est, ut reus salus sit innocentiae, vel sup plicio.
 - 10 Quae tormentorum genera hodie sint in usu.
 - 11 Tortura inferri non debet, nisi quando veritas aliunde haberi non potest.
 - 12 An possit Iudex reum coniunctū torquere.
 - 13 Quae persona torqueri non debeant.
 - 14 Quando tortura inferri non potest, Iudex procedere debet ad ulteriora in expeditione cause.
 - 15 Quid si reus torquetur, & in tormentis negat.
 - 16 Et quid si in tormentis fatetur?
 - 17 Quando confessio rei sit nulla.
 - 18 Reus sponte confessus absque alia ratificatione damnatur.
 - 19 An Reus in criminalibus possit appellare.
 - 20 Quando Index possit torturam repetere:
 - 21 Tortura non est repetenda ultra tertiam vicem.
 - 22 Tortumentum vigilie nunquam est repetendum, ibidem.
 - 23 Quid si reus iterum positus in tormentis confiteatur, & deinde in ratificatione iterum neget.
 - 24 Ante repetitionem danda est rea copia indiciorum.
 - 25 In tormento funis non potest reus detineri ultra horam.
 - 26 In tormento vigilie potest reus detineri longiori tempore.
 - 27 Reus torqueri debet tribus diebus separativ.
 - 28 An possit Iudex dividere torturam.
 - 29 Si reus debilis sit, & delicatus vel in tormentis defecerit, tortura non repetitur.
 - 30 Testes inhabiles, vel à iure reprobati non probant sine tortura.
 - 31 Inabilitas proueniens ex causa inimicitiae non purgatur per torturam.
 - 32 Testes inhabiles qui sunt.
 - 33 Si plures sint testes inhabiles, non omnes torquentur, sed duo, vel tres.
 - 34 A quo sit incendoza tortura.
 - 35 Quando testes inhabiles torqueantur.
 - 36 Quando credatur satellitibus.
 - 37 An ad torturam testis inhabilis requirantur indicia.

38 Qui-

- 38 Quinam veniant sub nomine vilium personarum.
- 39 An testes inhabiles sufficient ad condemnandum reum poena ordinaria.
- 40 Quando testis torquetur uti varius, regulariter statutus ultimus dicto: limitatur num. 41. 42. 43. 44. 45. & 46.
- 41 Iudex torquere potest testem re cisanter dicere re itatem, Item potest torquere reum nolentem respondere, *ibidem*.
- 42 Quando testis in tali casu tortura subjicendus sit.
- 43 Clerics, nobiles, & alij in dignitate constituti etiam verisimili ter informati non torquentur.

C A P. XLIV.

De Quæstionibus, seu tortura.

S. I.

Quando Index possit reum subycere tortura.

- 1 Orturam esse Iudici arbitriam constat ex l. quæstionis modū ff. de Quæst. & dicit Clar. in Praet. cri min. I. fin. q. 64. vers. nunc de grandibus, & vers. ultimè viden dum Loccatell. de Quæstion. Iudic. insp. 4. num. 50. & 54. & alij.
- 2 Notandum tamen est, quod ante quam Index ad torturam procedat, constare debet de corpore delicti l. 1. I. item illud ff. ad Syl lan. Loccatell. loco cit. num. 4. Clar.

d. q. 64. vers. debet autem, & alij co muniter.

Limita in crimen falso, furti, heresis, adulterij, & in alijs, quæ sunt difficilis probationis Gabr. commun. conclus. l. 7. concl. 17. per tot. Rice. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 324. Loccatell. d. insp. 5. num. 6. idem dicendum, si Dominus non compareat, neque reperiatur; tunc enim servi torquentur, quia præsumitur ab illis interfectus, etiamsi aliunde non constet de occiso iuxta l. & si certus I. si unus ex Dominis ff. ad Syllan. cuius dispositio procedit etiam in libero homine: & ideo si socius itineris non reperitur, consocius torquetur concurrentibus tamen alijs administriculis, & præsumpti onibus, ex quibus præsumatur ab eo occisus, etiamsi de corpore delicti non constet: & si fateatur, condemnatur Clar. in I. fin. q. 4. vers. quando verò, & alij, quos refert, & sequitur Loccatell. d. insp. 5. num. 288. verum quia tunc agitur de magno præiudicio, mors debet plenè, & concludenter probari per testes de visa, nec suffi cierent testes de fama publica, aut de auditu alieno Bart. in l. 2. I. se dubitetur nu. 2. ff. Quem. test. aper. & alij apud Loccatell. loco cit. nu. 289. vbi etiam dicit, quod antequam in tali casu procedatur, arbitrio Iudicis datum terminus ad perquirendum eum, qui ignoratur, vbi sit, inspecta persone, & locorum qualitate, interim tam en cogendi sunt imputati de homicidio ad præstanda in fide iussionem de se representando

D d d toties

